



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

XV. Markgraf Ludwig verleiht an Otto von Kethlitz das Dorf Malsdorf, am 25. Januar 1345.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

XV. Markgraf Ludwig verleiht an Otto von Kethlitz das Dorf Malsdorf,
am 25. Januar 1345.

Nouerint etc. Quod nos etc. Contulimus et presentibus conferimus strenuo viro ottoni de kethelitz, fideli nostro dilecto, suisque veris et legitimis heredibus villam malterstorp cum supremo et inferiori iudicio, cum precaria et seruitio curruum, cum iure patronatus necnon cum singulis et vniuersis pertinentiis ex debito eisdem vel ex iure pertinentibus ad XVI frusta annuorum reddituum singulis annis legitime computatos, quos redditus idem a strenuo milite thylone rüte-lyng, fideli nostro dilecto, sua pecunia, videlicet quodlibet frustum pro sex sexagenis grossorum pragensium vsualium et cum XV grossis, comparauit sub modis, iuribus, conditionibus, gratis et honoribus, quibus prenotatus tylo pretactam villam cum suis pertinentiis, vt premititur, hactenus a nobis tenuit et possedit, a nobis in antea sine inquietatione qualibet perpetuis temporibus quiete ac pacifice possidendam. In cuius etc. Testes Swarczburg, wolfstein, Swykerus, Hele, pincerna, et ger. wolf cum ceteris. Datum Berlin, anno domini M^o CCC^o XL^o quinto, die Conuersionis sancti pauli.

Nach dem Copialbuche des M. Ludwig I., betreffend die Vogtei Barnim Nr. 28.

XVI. Markgraf Ludwig verleiht dem Knappen Fridolin Sezzel die Geld-, Getreide- und
Fleisch-Bede mit dem Wagendienst im Dorfe Lanke, am 24. Februar 1347.

Nouerint etc. Quod nos etc. Contulimus et presentibus conferimus discreto famulo vrid-
lino, dicto Sezzel, fideli nostro dilecto, suisque veris et legitimis heredibus precariam denario-
rum et frumenti ville lanken ad V talenta et XXX denarios cum precaria molendini ville memo-
rate annuis temporibus se extendentem cum seruitio curruum et precaria carniuum eo iure, quo nos
hactenus possedimus, a nobis in antea quiete et pacifice perpetuis temporibus possidendam. In
cuius etc. Testes hufener, wolfsteiner, Satzenhofer, Bombrecht, magister coquine, mi-
lites, ny. wolkow et Loterpeck. Datum in vrankenford, anno XLVII, die beati Mathie
apostoli.

Nach dem Copialbuche des M. Ludwig I., betreffend die Vogtei Barnim Nr. 36.

XVII. Markgraf Ludwig empfiehlt dem Schutze des Rathes zu Spandow die in der Stadt
wohnenden Juden, am 26. November 1349.

Ludowicus, dei gracia Marchio Brand. etc., prudentibus viris consulibus ciuitatis
Spandowe fidelibus sibi dilectis gratiam suam et omne bonum. Volumus, ut Iudeos apud vos
mansionem iure ciuili continuam seu quotidianam facientes, pro iniuriolis insultibus nostro nomine